

De secunda parte solutionis, quæ est solutio & separatio elementorum.

C A P. XVI.

Flli, quando tuum album compositum per mensem cum dimidio putrefactum fuerit, tunc erit benè animatum, virtutis magnæ benè appreciatum, & ab isto separabis elementa per modum, qui sequitur. Amovebis à vase, in quo tua est materia, cooperculum, & superpones alembicum optimè lutabis, & in balneo Mariæ calido pones, prout melius ac discretius scies, & sicut per nostram doctrinam ostendetur. Et primò recipies aquam, quæ per distillationem ex per levem ignem æqualiter continuatum, quousq; nihil distillari possit, tunc ab igne cessa, & in frigidari per mitte. Post vas accipe, & super cineres pone in alutello, & paulativè vigorando ignem in furnello, aerem distilla totum cum sulphure igne mixtum, & illum recipe in phiala vitrea, quam obturabis benè, ut dictum est, & ad partem pone, illud autem, quod fundo remanebit, cucurbitæ combustum & arsum, erit tanquam terra sicca & nigra. Pater, quare aquæ distillatio fit in balneo calido & humido, cum aër distilletur in sicco & calido? Fieri ratio est, quia substantia aquæ de natura subtili ostenditur. Quare opus est illam aquam extrahi per substantiam humidam & calorem subtilem multum, cum artificialiter non posset esse subtilior separatio balneo Mariæ, in omni quo visum est, quia aqua stans in sui natura ignitionem non sustinet, & ideo necesse est, quod cum igne per medium corrupto, separetur. Sed aër & ignis, qui sustinent ignitionem, supra cineres distillantur, quoniam partes grossæ & calores terrestres separantur, & ad aëra superius ascendunt. Sic distillas, & separabis tria elementa, quæ ad album sunt, significata per L. M. & N. quia ad album non est ignis, sed ad rubrum sunt omnia quatuor elementa significata per O. P. Q. R.

Quomodo Artista debet habere terram fixam.

C A P. XVII.

Flli post hanc separationem habebis terram fixam, & quod nihil ex ea possit amplius sublimari, & hoc post rectificationem quatuor elementorum, per quam secundum regimen est constitutum, quod est unum de quatuor principalibus regiminibus, in hac separatione nitaris superare proprietatem Mercurialem in tua mixtione. Nam si hoc feceris, natu-

tur.